



P R A E F A T I O.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

M. CHRISTIANVS IVNCKER.

DUm nouam parauimus editionem libel-
lorum istorum, qui sub S. AVRELII
VICTORIS nomine dudum quidem
innotuere, sed ex scholis tamen propemodum
exsularunt, nolumus ire inficias, nos in ea re
sequitos fuisse nostrum consilium. Sane enim
scio esse non paucos, qui malint istum prisci
aeui Scriptorem e manibus iuuentuis scho-
lasticae excuti, tanquam aut minus latinum,
aut certe dubiae fidei Historicum. Quorum
quod sententiae accedere non possum, in eo
persuadeor me habere caussam non unam nec
prorsus ineptam nec a praefandi officio
alienam.

Non lubet autem nunc inquirere in Vitam
Aurelii, quod A. Schottus fecit, & amicissimus
nobis Vir, Jo. Albertus Fabricius, Theol. D. &
Professor Publicus in Gymnasio Hamburgensi
celeberrimus; sed in eius libellos paullo altius
a s tentabi-